



**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

4. De filio prodigo resipiscente. Luc. 15.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

bat in uniuersis qua gloriose siebant ab eo.  
Quanto magis in extremo die iudicij  
omnes calumniatores & persecutores  
Christi & Sanctorum erubescerent,  
quando suam impietatem & hypocrisim,  
& illorum innocentiam & sincerita-  
tem toti mundo clare manifestatam  
cernent! & quanto magis omnes ele-  
cti latabuntur, quando tantam Chri-  
sti Domini gloriam , simulque suam  
toti mundo propalatam conspicabun-  
tur? Affectus ijdem.

## De filio prodigo resipidente. Luc. 15. IV.

I. Expende in typo filij prodiyi mi-  
ram ingratitudinem , temerita-  
tem & stoliditatem cuiusvis peccato-  
ris , qui pro libertate arbitrij sibi in-  
dulta, donis naturæ & gratiæ abutens  
per peccatum mortale à Deo se auer-  
tit , & ad creaturas se conuertit ; se-  
iungit se à cœtu filiorum Dei , & con-  
iungit consortio mancipiorum Dia-  
boli ; recedit è paterna domo, inuito  
cœlesti Patre , & ingemiscitibus  
Angelis, & abit in longinquam regio-  
nem umbræ mortis , & reatus gehen-  
næ ignis, exultante mundo & applau-  
dentibus dæmonibus ; arque ita vnicō

Rr 5. quasi.

quasi momento omnium thefau-  
rum cœlestium sibi communicatorū  
& meritorum tēta vita collectorum  
inæstimabilem facit iacturam. Similis  
ingratitudinis, temeritatis & stolidi-  
tatis notam incurrit, quisquis à Deo  
magnis gratijs præuentus, repide eis  
seruit, cūm periculo grauius labendi,  
& sic tandem statu gratiæ excidendi.  
**Quis hæc expendens,** seque alterum  
filium prodigum agnoscens non in-  
gemiscat, suam ingratitudinem non  
defleat, suam temeritatem non exhor-  
rescat, suam stoliditatem non obstu-  
pescat? Detestatio ingratitudinis hor-  
ror repiditatis, feraor seriæ conuen-  
tionis.

**VI.** Intuere abyssum miseriarum, quas  
peccator à Deo recedēs, vti & tepidus  
seruus Dei, in spiritu languescens in-  
currit, quarum 1. est inopia abundantis  
gratiæ auxiliorum, cœlestium fau-  
rum, & solitorum, quibus se culpa sua  
priuat. 2. Miserabilis seruitus Diaboli,  
suum peccatorum & imperfected-  
num, quarum iugo se sponte subiicit.  
3. Infatiabilis cupiditas siliquarū por-  
corum, seu concupiscentiarum & sen-  
sualitatum suarum, quibus animæ ap-  
petitus diuinarum deliciarum capax  
expleri

expleri nequit. Quanta benignitas Dei est ex hac abyssō clementer erui, aut ne in eam incidas, paternē præseruari! Affectus ijdem.

III. Intuere deinde abyssum infinitas misericordiæ Dei, qui i. Varias internas externasque afflictiones temporales peccatoribus & tepidis immitit, sicque per gratiam præuenientē ad resipiscēdum, & statum suum pristinū innocentiae & ferooris felicissimum recognitandū misericorditer exstimum lat, iuxta illud Oseæ : *Ecce ego sapiam* Oseæ. *viam tuam spinis, & semitas suas non inueniet. Et sequetur amatores suos, & non apprehendet eos: & queret eos, & non inueniet.* Et dicit : *vadam & reuertar ad virum meum priorem: quia bene mihi erat nunc magis, quam nunc.* 2. Per gratiam adiuuantem ad agnoscendam humiliter vilitatem & indignitatem suam efficaciter excitat, ut se indignū felicissima filiorum Dei sorte reputet, sed ad vilissimam infimorum eius seruolorum conditionem suspiret : *Quanti mercenarij in domo Patris mei!* Deinum ad firmū efficaxq; propositū cum intimā humilitate, filiali fiducia, cordisq; amaritudine redeundi ad paternum sūnum diuinæ misericordiæ suauiter in-

uitat, ut totis præcordiorum affectibus exclamet: *Surgam, & ibo ad Patrem meum, & dicam: Pater peccavi in cœlum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut unum de mercenariis tuis.* Quanta tam immensæ Patris misericordiarum gratiæ tam ingrata gratia præstitæ debetur gratitudo, quantus amor, quantus in diuino eius seruitio fero! His expensis eodem affectus excita, reque ad seruum peccata expiandi, cauendi, & compensandi studium inflamma:

V.

*De filio prodigo in gratiam recepto.*  
ibid:

I. **E**xpende in typo Patris filium prodigum redeuntem tanto amore recipientis inestimabilem gratitamque Dei misericordiam erga peccatorem respicientem, quem cum adhuc longè est, & in luto peccatorum suorum profundè infixus hæret, præueniente gratia ad pœnitentiam exstimulat, per agnitionem & detestationem suæ ingratitudinis, efficaxque propositum emendationis surgente & revertentem cum pio miserationis affectu exspectat, tandemque per veram contritionem, sinceramque confessiōnem appropinquantem, & ex intimis cordis